

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

Plutarchus

Francofurti, 1620

In Æmilium Paul. annotationes

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1340

ANNOTATIONES.

23

libi, tum lib. ad Eudemum secundi initio, & cap. 12. lib. 1. Ethicorum ad Nicomachum. Porro autem hic prospira fortuna largo vulgi iudicio pro ipsa felicitate sumitur, *εὐτυχίας αἵνις εὐδαιμονίας*: quæ quid differant, alibi docetur.

247. d. *Vt est Athanæ autor?* Ως Αθανᾶς ἐπίκουεν. Sed & interpres Αθανᾶ legit, & ita legendum coniicio ex Diodoro Siculo, qui proxime finem lib. 15. eius reminit, Αθανᾶς, inquiens, *εἰς τὸ Σύρον καὶ τὸ Καρχηδόνα*, ubi ostendit quo libris quorum temporum historiam is exposuerit. De victoria Gelonis de Carthaginensis bus, vide Diodorum lib. 11.

248. d. *ad Crimisum amnum*] *Κείμενον τελικού*, eo quod constanter ita hic legitur. Sane Crimisum per iām malim, ex Strabonis lib. 6. Dionys. Halic. lib. 1. vbi de Aegea Sicilia loquitur: ex Suida & aliis. Apud Virgil. fere in omnibus codicibus lib. 5. & in Servianis etiam commentatiis, Crinisus, N pro M posito (sed vitiōse) inuenias. apud Lycophronem & eius interpretē Zezem, dupli & Crimissus legitur.

249. b. *Has sequebantur decem millia peditum armatorum clypeis candidis* *μυελοῖς ἵπποις*. Puto autem certum (vt & alias fieri solet) numerum hic significari: idque etiam ex Diodoro apparer. nam interpres incertum accepit.

250. a. *Quibus Paenī impediti afflatabantur χαλεποῖς απίμαχοι*. Tudertinus, seu oscitantia seu ignorantia Græci sermonis, difficulter liberatos reddit. Est enim *ἀπάντησιν*, Liberare, sed quum transitia (vt vocant) est & accusatio construitur. Absolute positum aliter significat. Sic paulo ante dixerat noster hoc ipso libro, *ἀποφαλων τοὺς χαλεποὺς απίμαχούς*. Erant in extremo discimine constituti. Sic & Polyb. lib. 1. de nauibus, *κακοῖς τοὺς απάντησούς*. Sic alii.

251. a. *Vt inuitos & omnium mortalium fortissimos*] Quod quid sit, est nimis quam notum. Interpres, Fide dignissimos extulit, non optima fide. Iam quod conspirationem Messanæ factam esse ait, est contra verba auctoris. Philodemum autem Philodemum (*Φιλόδημος*) vocat Plutarchus constanter, nisi si fallunt codices adstipulantur certe Diodoro & Iustini exemplaria, lib. 9. & in Phocicis Paulinias.

Ibid. e. *Atque ita vltio*] Xyl. vertit, *Adeo vindicta divina*, annotaque, Sic τών δικών vtri possit arbitror. Interpres locum peruerterat. μηδεια est, non μηδια, legendum: & post in Mamerca vrtu mensura postulat χρυσαλεψιν λίτηροις. Spandaicū in hoc genere admitti necio negauerit, nisi qui ne Latinos quidem scriptores cognovit.

Ibid. *Dum in Calauria Timoleon castra mouit*] Xyl. vertit, *Quum Timoleon Calauriam exercitum duxisset*: annotaque, Non est obscurum, notari aliquem hoc nomine Sicilia locū, tamē si nihil de eo nobis aliunde constet. Ad Calabriam quidem Italiz regionem detorquere, vt fecit Tudertinus,

aut insulam Peloponnesi Trœzeni oppositam (quod posse fortassis somniare Geographiæ imperitus) historia non finit. Ne cetera quidem noster recte reddidit.

252. b. *Corinthia exsistent domo si famine*] Xyl. vertit, *Corinthia mulieres exsistent domo*: annotaque, Non tatis expressie scomma Tudertinus, nescio quam recte intellexerit. Exprobaret autem Corinthiis moliciem Euthymus, & curiositatem, quod imbellies ipsi, domi tamen se non continereat, sed alienis rebus ingererent. Atque ad hoc dipterum abusus erat versu Euripideo, quanquam alio detorto, & (vti solle) hoc modo faceti homines facere) crinibus quasi attracto. Est autem in Medea tragœdia versus iste, exordium exculcationis qua Medea se Corinthiis matronis purgat, quod eo, relata patia accessisset. ibi τὴν πρώτην personā est, singularis numeri: Euthymus protertia persona pluralis numeri (nam eodem modo & hæc enunciatur) arripiens, diuersissimo sensu in Corinthios torsit, vocatiis quoque illis *Κορινθιαὶ γυναικεῖαι*, nominatiuorum loco acceptis: atque ita versiculum quasi prouerbiale fecit. Argutum sane cauillum, nisi materia forma officeret. Martialis minori periculo ad Homeri versum allusit, in coqui nomine substantando:

Quum tibi M. stylus coquus AEmiliane vocetur. Dicatur quare non Taratalla mihi? Est enim apud Homerum in victima maectanda de ministris, *Μισυμόντις προτάτης θύγατρις*, utinatum est.

Ibid. d. *Cum pecunia & familia commigrare*] Xyl. vertit: *Bona sua & liberos restituerent: annotaque, χειρίσαντες θύματα*. Sic in Pompeio etiam loquitur de piratis, *θύματα τοῦ οἴκου καὶ χειρίσαντες τοὺς Ταῦρους εἰχον*, atque ita alibi etiam.

253. d. *Domi extruelo sacello Casus, sacrificabat ei*] Xyl. vertit. Et quum apud domum suam fanum conderet, *Fortis fortuna aram posuit*. annotaq; *Αὐτοματιας εἴησε*, Tudertinus videtur *αὐτοματιας* legisse. Aemilius Probus in Vita Timoleontis, hoc ipsum referens, Domi (inquit) sua sacellum Automatas constituerat, idque sanctissime colebat. Ego fortis Fortunæ, Latine verti recte censeo. Sed & Plutarchus in lib. Quomodo citra inuidiam se quispiam laudet, & in Civilibus præceptiis, meminit aras *αὐτοματιας* à Timoleonte dedicatae. Itaque hic lego, *ἱερὸν ιερουργεῖον αὐτοματιας εἴησε*, quod verbum facile intelligitur, etiam omissum. Nam ob id ponebatur arā vt in ea sacrificaretur. Laphystium, Probus Lamestium, vocat: sed non multum ei libro fidei adhibeo contra alios.

255. a. *Lecto denique in rogum illato*] Xyl. vertit, *Feretro in rogum imposito. & annotat. Hoc enim vult sibi τὸ καίνον θέμα παραπομπής. non, iam cremato corpore: id quod noster Manonis versu supposuit μέρον, vt aiunt, θέμα τῆς φανῆς*.

IN AEMILIUM PAVL. ANNOTATIONES GVIL.

Xylandri & Herin. Cruserii interpretum.

L Aemilii Pauli ætas nota satis est, præsertim ob Perseum regem Macedoniæ ab eo debellatum: de quo triumphauit anno V. C. DXXVII.

255. d. *Democritus enim optandum ait*] Locus est hic nequam omnium intelligentia patens: i. deoq; Aretinum etiam, hominem, vt accepimus, doctissimum fecellit, ignorantem aut non recordantem quænam Democriti idola essent. Finxit autem Democritus imagines quasdam (*εἰδῶλα* sic exprimo, Ciceronem sequutus) à natura fusas, quæ vbique in toto orbe terrarum suos haberent circuitus, & vbique omnibus obuersarentur, iisq; animi hominum pulsarentur: quæna sententiam & explicat copiose, & disputando ventilat lib. De natura deorum primo M. Tullius. Neque grauabor verba eiusdem adscribere, de epistola quadam ad C. Cassium, (quem fui: Epicureum, ex Cicerone & Plutarchi Bruto constat: sicut & hoc notum est, Epicurum Democriticam habuisse philosophiam, mutatis & adiectis quæ vellet) quæ extat in libro Familiarium epistolarum decimoquinto. Fit enim (ait) nescio qui, vt quasi coram adesse videare, quum scribo aliquid ad te: neque id *εἰδῶλα φαντασίας*, vt dicunt amici tui noui, qui putant etiam *διαφανεῖς φαντασίας* spectris Catianis excitari. Nam, nete fugiat, Catius Insuber Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius (sic vocat Epicurum, a Gargetto Attico loco, eius natus) & ante Democritus *εἰδῶλα*, hic Spectra nominat. His autem spectris

si oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt; animus qui possit, ego non video. Quibus verbis opinor plurimum lucis nostro loco adferri, & vicissim. Iam *εἰδῶλα εὐλογεῖα*, si omnino sit legendum, (nam & in lib. Plutarchi De oraculis defectis ita legitur, & haud scio an eo sit usus h̄c vocabulo Democritus: usus quidem etiam alias verbis minime in communem consuetudinem loquendi receptis, vt exempli causa *πυρηνῶν ξεπήν, θεριγγῶν*, quæ Aristoteles libro i primæ Philosophiæ, interpretatur *σχῆμα, θεον, τάξιν*, alioquin *εὐλογεῖα* fortassis prætulerim, si qua autoritate id confirmare liceat) si inquam *εὐλογεῖα* recte legitur, licebit sumpta ex sequentibus Plutarchi verbis coniecura *εὐλογεῖα* interpretati *πάντες οὐδὲν θεοῖς*, hoc est commodum & quasi familiare. Neque enim ab ludet *επιμένει* si *τοῦτο ηλελογχέναι* deducas, quod est Sorte obtinuisse aut accepisse, à verbo *λαγχανεῖν* medio: unde illud apud Theocratum Idyll. 4. *Αἴ τοι τὸ σπλαγχνὰ δείματα, οὐ μὲν ελεόγχει, ήτινα μέντοι δυστυχεῖται*. Itaque *εὐλογεῖα* erat, Quod nobis bona fortuna & prospera sorte obtigit, nempe opportunum & commodum. Quo facit quod in eo quem dixi, Plutarchi loco, hisce *διεργάματα & μοχθησίαι* opponuntur Tristia & aduersa, seu prava.

256. a. *Mamercum*] Mamerpos in Graecia, non Maperos legendum ex Numapate.

Ibid. c. *Primum ex maioribus magistratibus adiutum can-*

24

didatus] Omisit hoc Aretinus. In Græco est θηθανων, Insig-
gnium magistratum. Curules intelligi possunt haud incom-
mode. sun. enim & alii quasi minoris dignitatis magistratus:
vt viginti viratus, (quem primo omnium peti solitum, appa-
ret ex Cornelii Taciti lib. 3. de Nerone Germanicifilio) vt
questura, vt tribunatus plebis, vt ædilitas plebis, testante hoc
nostro Plutarcho in vita Marii, vt alii: de quibus hic dicere
non est occasio.

257. a. Massonis viri consularis filiam] Xyl. *Mnasonis viri*
consularis filiam: annotatque M. d. o. v. Intelligo C. Papirii qui
consul fuit anno DXXIII. Cuius etiam meminit Liuius initio
lib. 25. C. Papirius, L. F. decemvir sacerorum. Sedibi Masso
cognomentum est. sicut & in codicibus Ciceronis legitur, li.
9. Fam. epist. ad Pætum, L. Masso ædilius. atque sic legit hoc
loco Amiotus. Sigonius apud Liuium Masso legit, vñico S. cui-
us cognomeni quæ sit aut esse posit ratio, non intelligo.
Masso quidein, M. d. o. v., Græcum est nomen, cuius cum aliis
testes sunt, tum Eustath. in Odyss. 14 cuiusdam Phœcēsis Mnasonis
meminit, qui plures mille seruos poslederit: quem familiarem
fuisse Aristotelis, ait Athenæus lib. 6. Commemo-
rantur & alii Mnasons. Quo autem modo in cognomen-
tum Romani venerit, non assequor. Cogitandum harum re-
rum doctioribus relinquo utro modo rectius legatur: & Plu-
tarchine hic locus emendandus, an ad alios corrugendos adhi-
bendus sit.

257. b. Romanus quipiam nuncium uxori remiserat] Xyl.
vertit, Romanum virum uxori sua nuncium remississe. annota-
que, Sic est ad verbum in Græco, ος αντιπροσωπευσαντι των γυναικων. Pro quibus interpres subiecit hæc: *Sed videtur aliqua effixa ratio affuisse.* Quæ sane verba uti optime loco huic
quadrant, ita non satis tamen id quod est in Græco explicant:
totumque illud quod modo Græce & Latine adscripti, omit-
titur. Amiotus ita verit quasi quod de calceo sequitur, non
Paulus sed alius quidam Romanus causam diuortii interrogatus responderit, quod mihi non probatur. Ut meam con-
iecturam (nihil enim habeo certi) exponam, videtur mihi
Plutarchus hoc velle, quia eius diuortii causam nemo com-
perisset, & certum tamen esset, haud ab re Paulum tale ali-
quid facturum fuisse, vulgi sermonem extitisse, dimissam à
Romano viro coniugem, atque hoc quasi proverbiū fuis-
se. nam λόγος saepe etiam proverbiū significat. Romanum
autem proverbialiter intelligi virum grauem seuerumque, &
propositi tenacem atque απαράμενον, quales prisci illi fuere
Romani, rigidū homines etiam in plectendis capitali suppli-
cio liberis. Hæc est mea opinio: sed quam doctiore aliqua
coniecta obliterari, non inique sim latus. Nam profecto
responsum de calceo, Aemilianum esse appetat.

Ibid. c. *Maiorem Fabii Maximi]* Xyl. *Alterum Fabii Maxi-
mi filio: annotatque,* Hic Fabius sane deinceps Q. Fabius
Maximus Aemilianus dicitus fuit: sicut frater eius, quem Scipi-
o Africani F. adoptauit, P. Cornelius Scipio Aemilianus:
quem morem paterni nominis retinendi cum alii tum Dio-
noster lib. 46. & 55. explicat. Ac de Scipione quidem Aemili-
iano res obscura est, neque verbis opus habet. De Fabio quæ-
rendum. Nam quod in Græco legitur, οὐ μητέ προσέπειρον δέον-

μέζην Φαβίου, mendosum est. Aretinus ab ipso Maximo Fa-
bio, eo qui quinques consul fuit, nempe eo qui cunctando
restituit rem, adoptatum, plusquam absurdè dixit: utcunque
id sequente Amioto. Quod à filio Fabii Cunctatoris ado-
ptatum verti, eo factum est quod γιος scriptum à Plutarcho su-
spicabat, inque eius locum δέον subrepisse, & quam proxime
hærente Plutarchianis vestigiis statuisse. In hac sententia
esse alios quoque non mediocriter doctos, scio. Quod si-
quis non ab eo qui consul fuit, & ante patrem mortuus est,
adoptatum dicat, (id quod consentaneum certe est, quom
ante annum v. c. DL. iste obierit, Aemilianus anno demum
D C I X. consul sit factus) fortassis à Q. Fabio Maximo qui pa-
tri Cunctatori superuixit, inque eius locum (ut Liuius li. 30.
affimat) augur est creatus, adoptatus fuerit. Tametsi ad-
modum puerum oportuit in stirpem eam adscitum esse, et
iam si hoc ipsum statuamus, idque illo ipso augure, proiecta
iam satis ætate. siquidem maximo natu Cunctator dececerit:
Fabius Aemilianus bello Persico adolescens adhuc fuit, ut infra
Plutarchus tradit. Relinquitur, ut à nepote huius arrogatum
statuamus: quod & ipsu[m] sentire nonnullos intelligo.
Qua in re id inest difficultas, quod neminem id antiquorum
tradidisse sciamus. Q. Fabium Labeonem, qui anno
v. c. D L X X I. consulatum gesit, opinio est aliquotum,
fuisse nepotem Cunctatoris, ab eoque in filii locum assum-
ptum Aemilianum: sed quibus id testibus probare possim, si
quis contradicat, haud sane video. Evidenter nusquam me-
minim me legere, Labeonem magni illius Fabii nepotem fuisse.
& Quinti prænomen ita Fabius visum fuit, tamque et-
iam ampla illa gens, ut tametsi Q. F. Q. N. is dicatur, ta-
men habuisse auum Cunctatorem necesse non sit. Et qui-
dem uterque Cunctatori Fabii filius, & is qui consularis vi-
uuo patre mortem obiit, & is qui auguratum patris accepit,
Quinti prænomen habuerunt, si Liuio & aliis credimus.
nam in Lælio Ciceronis prior Marcus perhibetur in quibusdam
libris: Neque vero non potuit adoptatus fuisse Pauli fi-
lius à nepote illustri illius Verrucosi, si non fuit à Labeone.
non enim (ut quidem ipse centeo) evidens aut verum est, si
nihil liberis utrumque, vel omnes eius filios, dececerit. Sane
Labeo & L. Paulus (cu[m] us vitam hic tractamus) & quales fue-
runt, proximoque post illum anno hic consulatum primum
gesit: siquid hoc ipsum in se habet argumenti. Verum in re
incerta, atque in qua non sint fortunæ (ut ille dicebat) Græ-
ciæ posita, nimis forte anxius versor: quum unumquemlibet
sequi licet quod probauerit, sine summo historiæ detri-
mento. Tamen quæ in utramque partem cogitassim, volui
annotare: si fortassis hæc ipsa alios ad extricandum hoc quod-
cumque est, sint stimulatura. Qæd statim sequitur de Aelio
Tuberone, καὶ μητροπολιταῖς ἐν ταῖς χρονικαῖς, dictum est
per quam veniste, & ab Aretino peruersum.

258. d. Antigonu, qui in Alexandri successoribus. &c.] Oper-
precium fecerim, si hanc successionem regum Macedonie
ob oculos ponam, atque non nihil explicem. facit enim ad
multa aliorum, nostri etiam quædam in Pyrrho, Demetrio,
& alibi intelligendaloca. Pius tamen typus delineatam rem
oculis subiiciam.

REGVM MACEDONIÆ GENEALOGIA

post Alexandrum Magnum.

Philippus.

Antig. I. rex. -- Stratonice. Corrhæ filia. Demetr.

Demetrius, cognomine Philippus.

Poliorcetes.

Antigonus II. Gonatas.

Demetrius.

Alcyoneus.

Antig. III. Philippus.

Dolon.

Perseus.

EXPLICATIO
quorundam.

Quod ad patrem attinet Antigoni primi siue magni, eum
fuisse Philippum satis constat. ita enim nominant Plutarchus

in Demetrio, Arrianus lib. 1. De expeditione Alexandri, Ju-
stinius lib. 13 Orosius lib. 3, cap. 23. Quis autem fuerit iste
Philippus, non facile dixerim. In Onomasticis reperies, An-
tigonum primum, fratrem fuisse Alexandri Magi: idque es-
se apud Plutarchum in Pyrcho. Quotum & prius existimo
falsissimum esse: & posterioris quid est nisi mendacio & falsa
citatione imponere simplicibus? Ego, quum de patre Anti-
goni Philippo dicitur, nequaquam intelligendum iudico re-
gem Macedonie, patrem Alexandri: sed alium quendam.
nisi si quis adeo stultus est ut quum Arrianus quo dixi libro, in
pugna ad Granicum descriptione Philippum Anayntæ F. no-
minat, de eodem velit accipere. Idem alium præterea Phi-
lippum commemorat, Menelai filium. Pausanias in Atti-
cis, Philippum Casandri fratrem refert, qui cum AEacida
Epiti tege prælio dimicauerit: qui an idem sit cum eo
quem ante Ptolemaum Berenices maritum fuisse, in Pyr-
cho Plutarchus scribit, haud scio. Certi autem nihil ha-
beo: & Amplius hic. De matre quoque Antigoni Gonata
non sum certus. nam pater eius Demetrius, cuius vitam
scripsit noster, plures habuit uxores: quarum primam so-
torem